



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De sacramento confirmationis, quod non nisi à summis Sacerdotibus tradi potest. Quæ sit virtus huius Sacramenti. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

## DE CONFIRMATIONE.

## DISTINCT. VII. A

**N**Vnc de sacramento confirmationis addēdum  
est: de cuius virtute quāri solet. Forma enim *Euseb. i. epi.*  
aperta est, scil. verba quę dicit Episcopus, cum ba- *3. Episc. Thu-*  
*pt. zatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sci& cō Cā-*  
*sacramētum ab aliis perfici non potest, nisi à sum pania in fin.*  
*mīs sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab Greg. i. epist.*  
*aliis quam ab ipsis Apostolis legitur peractum, nec ad Ioan. l. 3.*  
ab aliis, quam ab illis qui locum eorum tenent,  
perfici potest aut debet. Nam si aliter pr̄sumptū  
fuerit, irritum habetur & vacuum, nec inter Ec-  
clesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem  
presbyteris bapt. zatos tangere in pectore, sed nō  
chrismate signare in fronte. Virtus autem huius  
sacramenti est, donatio Spir. S. ad robur: qui in  
baptismo datus est ad remissionem. Vnde Raban. in  
hus, A summo sacerdote per impositionem ma- *pr. c. 30. libr.*  
nus paracletus traditur baptizato: vt roboretur *1. de instit.*  
per Spir. S. ad pr̄dicandum aliis illud, quod ipse *clariorum.*  
in baptismo consecutus est. Item, Omnes fideles *Vrb. Pap. 1:*  
per manus impositionem Episcoporum, post ba- *omnib. epi.*  
ptismum accipere debent Spir. S. vt plenī Chri- *scribens in*  
stiani inueniantur. *fin. Melch. 1.*  
*epi. ad Epis.*

Melchiades.

B Hispania in

Scitote vtrunque esse magnum sacramentum, medio, to. 2.  
sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut à conciliorum-  
maiorib. datur. Ecce maius dicit sacramētum cō-  
firmationis: sed fortè non ob maiorē virtutem &  
vtilitatem quam conferat, sed quia à dignioribus  
datur, & in digniore parte corporis sit, sc. in fron-  
te: vel fortè quia maius augmentū virtutum pr̄-  
stat, licet baptismus plus ad remissionem valeat.  
Quod videtur innuere Raban. dicens. In vunctione *Raban. in*  
baptismi spir. S. descendere ad habitationem Deo *princ. c. 30.*  
consecrandam, in hac vero, eiusdē septiformem *l. 1. de instit.*  
gratiam, cum omni plenitudine sanctitatis & vir- *clariorum.*

Zz 5

tutis